Salutatus sum nomie tuo clarissie domie doctor per Conradú generú meú
quá salutacioẑ animo gratissimo audivi et suscepi eo quod testis sit singularis
erga me tue benivolentie declarastiq te velle brevi ad me lras dare ego qui
immór sú arbitratus sú id michi vicio dari si nó prior ad te meas dare & iam
diu ad te aliquas dedissem ut saltē salutacioē premisissem sed certus nuncius ꝑ hec
tpa nó se obtulit iocundú mi foret si vicissim lrīs nos avisares qmvis mee nullá
D: tue prestare possint voluptatē sua ielegácia sed satis habebit ex eisdē si meú
erga te studiú et obsuaciaz declarabut Nova huius regni nulla sut auditu tñ fuit
superioribus diebus Magrm Prussie voluisse Gedanen navali bello impetere & aperta signa
belli dare sed mutatus est iste rumor i fabulaz cú reliquis hostibus tá Tartaris quá Mosc
regnú hoc pacē habet D: tua nova Italie aut Gallie si aliq habuerit curet ea mi
significare et potissimuz de illo Martio Lutero suscitatore novarum opinionu que audio
evocatú fuisse ad Lipcen gimnasiú per Ekiú doctorē plurimis erudicios certandi gracia
evētuz tñ huius disputacioe nódú audivi ego adhuc ꝑ comunj opinionj adhereo Illa eni
opinio Lutheri claves ecclie nimium restringit Domin Conradú rogo exhortet D. t.
ut suá uxorē honeste tractet absq verberibus qmvis nulla facta sit iniuria sorori mee
post discessú D. t. sed utique nó inutile erit D. t eú commonere ut a talibus malefactis
abstineat que nobis cordi et dolori sut et eandē sibi recomédatá faciat Comēdo
me ex animo Dominacioi tue quá optime valere cupio Ex Posnania xiiij Julij
Anno virginalis partus M D: xix

Andreas Gradzyczki
D: t deditiss

Clariſsio Arciu & Me:
dicic Doctorj domio Joa:
chimo Vadiano a Cesare
Poete Laureato Amico et
maiorj ſuo obſeruado

Andreas Grodciski
Polonus.